



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis  
Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.12. Anima, tamqua[m] castrum, contra ipsum rationis dictamen prodita,  
Deo restituenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

100 Cap. IV. M. Guterry exemplo animam  
spiritui, censuit benignissimus rex annua-  
endum. Quamobrem extemplo jussit ei Ca-  
strum, quod septem annis obsederat, ita ut  
tum armis & omni genere commicatus in-  
structissimum munitissimumque erat, red-  
di. Dictum, factum. Marcus eo tam libe-  
rali beneficio exhilaratus, nonnè potuisse  
ipse sibi arcem seruare? & Didaco tam in-  
grato vices rependere? Nihil ille horum  
e cogitauit, sed quam primum castrum ple-  
nè possedit, ad Didaeum scripsit, ut venire  
jam, ac castrum suum reciperet, seque ho-  
magio prætito liberaret. Didacus fidem  
viri admiratus Marco rescripsit, ut arcem  
Regi Legionis traderet, ipse homagio liber  
essem, & rarissimæ fidei fortitudinisq; præ-  
conijs mactus gloriosissimam vitam porrò  
ageret. Hæc fides memoria perpetua est  
consecrata; neque enim Hispani tantum,  
sed totus terrarum orbis censuit dignam  
immortalitate. Quid ni & imitatione?

XII.  
**ANIMA,** Duxi suprà, castri vice animam nobis à  
**TAMQVAM** Deo commissam, custodiendam. Nos illam  
**CASTRVM,** non tantum sape diabolo prodimus, & te-  
**CONTRA** merè prodimus, sed etiam, postquam roti-  
**EPSVM R.A-** es ostendit, quanta displicentia eam amise-  
**TIONIS** rit, quantoque eam desiderio cupiat recu-  
**VICTA-** petare.

perare, nihil mouemur, nihil facimus <sup>MEN, PRO</sup>  
 amissionem, in qua tamen nos ipsi longè <sup>DITA, D<sup>o</sup></sup>  
 plus amittimus, quām Deus. Marcus ut suo <sup>RESTITV<sup>o</sup></sup>  
 officio, suo homagio, suo ingrato hero Di-  
 daco satisfaceret, arcemque recuperaret,  
 usque ad canes se demisit; tu, ô peccator,  
 non vis te demittere ad pedes sacerdotis; &  
 peccatori peccata tua detegere,  
 ut animam tuam recuperes, ac tam fideliter  
 Domino Deo tuo restituas quam malo dæ-  
 moni tradidisti? Verè filij huius saeculi pru- <sup>Luc, 16, 8</sup>  
 dentiores filijs lucis in generatione sua sunt; ad-  
 de, & fideliores; reddunt enim Cæsari, que  
 Cæsar is sunt, & isti non reddunt Deo, que Dei  
 sunt. Mirum est, Gutterius, hominem sa-  
 cularem & militarem, domino sæculari, ex-  
 uili, ingrato, tam fuisse fidelem; & nos Deo  
 non eamdem præstare fidelitatem. Quid  
 facis, ô peccator? cur, imminentे ruina,  
 dormis? hæc anima tua, quam diabolus  
 rudentibus inferni in exitium trahit, Dei est,  
 illam à te reposcit; illam pereuntem deflet;  
 pro illa sanguinem fundit; & tu illam hosti  
 illius vendis exigua voluptatula; paucis  
 nummulis, pro quibus duces, milites, co-  
 tos exercitus, patriam ipsam prodis; pro  
 qua tibi millies esset pereundum. Readi, re-  
 di ad

**103** Cap. IV. M. Guterry exemplo animam  
di ad Dominum, procide ante illum, plo-  
ra coram illo, arcta est restitutionis obliga-  
tio, sed omnium arctissima, qua animæ re-  
stitutionio est facienda. Hanc restitutionem  
facis, per poenitentiam. Poenitentiam au-  
tem prompta mente suscipes, si, ut Guter-  
rius, apprehenderis, quantum sit malum in  
peccato, per quod animam tuam amisisti.  
Nam si vel Deus non esset, cui peccatum  
tantopere displicet, tamen peccatum in se  
atque intrinsecè formalem malitiam conti-  
net, repugnat enim regulæ rationis, ac ipsi  
naturæ ratione præditæ, adeò ut actus pec-  
cati in se dicatur turpis, in honestus, malus,  
& dedecus ac probrum mereatur. Vnde in  
quo nondum penitus extinctum est ratio-  
nis lumen, de peccato erubescit; & clam  
peccat, si potest, ac angulos & tenebras  
querit, & mille, si arguitur, excusationes.  
Quod si peccator in profundum veniat,  
nec amplius de peccato erubescat, tum ma-  
gis appareret, quantum degeneret à natura  
Boët. libi sua. Nam ut Seneca, alijq; Philosophi, &  
4. de con- Boëtius ostendunt, usque adeò à natura sua  
fol. Phil. declinat, ut quamvis externam hominis for-  
Prof. 3. &  
6. mā magis  
retineat (que tamen sape ipsa, per  
quædam vicia, valde mutatur) tamen ani-  
mo ad

mo ad bestiarum condicionem, atque affectionem deiicitur. Alius superbiā pauo, aut Gallus Indicus; aliis irā furoreque leo, aut leopardus; aliis rapacitate lupus; astutiā vulpes; inuidiā canis, gulā porcus, luxuriā equus admissarius, pigritia asinus fit. In summa: *Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: amissa enim iustitia originali, passionibus multis subiectus est.* Hinc qui maximi peccatores sunt, quia maximè ignorantia & cupiditate excrucati, minimè peccata sua vident, & agnoscunt, sicut bestiæ. Quanta hæc miseria? Ægre fert, qui stupor, qui fatuus ab altero vocatur; & ex se ipso, ex anima ratione prædicta facit bestiam? quam tot scientijs & virtutibus Deo creatori suo ornare debuisset? Nonnè hic male custodit atrium suum, & Dei castrum?

Nam & hinc intrinsecè malum est peccatum, per quod iniuria Deo infectur, qui QVOT ET si non formaliter, saltem interpretatiè, QUANTAE à peccante contemnitur, atque ita contra INIVRIAS honorem, & existimationem debitam ei in PER PECQ iuria impingitur. I. Ut legislatori, cuius leges insuper habentur, dum eo præsente & CAVVM/ inspec-